

A 1605
xxi.

PROOEMIUM.



Icet hostis Veritatis in Sacrarum literarum pandentis revelatae Vernacula fuerit, non minus tamen vere, quam eleganter alicubi ait: *Singulari digni laude judicatur, & inter ceteros virtute sua decori conspicuntur, qui trepidate commotaq; multitudine ita stantem & imperterritum animum servant, ut eos à Veritatis confessione nec tempus aut locus ullus avocet, nec mentis perturbatio deterrat: Verum quemadmodum & aere serenato & eodem nubibus impedito Sol, ille illustrator orbis, luce sua perfundit universum: ita illi periculis omnibus maiores & in prosperitate nequam stimulati, quovis tempore Veritatem proficiuntur.* Cum autem sapientius Veritas mortalium mentes fugiens partim in putoe Democriti abscondita esse putetur, partim è suis eruta incunabulis densissimâ non raro errorum nebulâ involvatur, meritò ejus amatores ad Principia, quibus confirmetur, recurrere solent. De parite aut muro, inquit Sperlingius in Instut ut. Phys. Prooem. qv. 3. p. 9. cum litigium fovent fabri, & alter rectum esse illum, inq; centrum inclinare latius, affirmat, alter negat, ad perpendicularum recurserunt. Hoc rectum à curvo sine exceptione diagnoscunt, & controversiae finem imponunt. Majori jure in disciplinis talis regula, talis norma taleque principium ponendum semper est, cui soli credendum & ad quod tutò ubique currendum veniat. Id equidem à multis fierividemus, qui tamen sèpè nomine Principiū venditant, quod nihil minus, quam Principium est, adeò ut ab iis non raro *Circulum*, quem dicimus, Sophisticum committi videoas. De hoc Circulo dum impræsentiarum acturus sum,

Alme Deus, nostris feliciter annue coeptis,
Unde tibilaus sit, nostraq; certa salus!

SECTIO I. Παρασκευασιν.

§. 1. *Circuli Nomen in Logicis (ut Syllogismi, Figuræ &c.)*
A 2 per

per Metaphoram ex Mathesi à Circulo Geometrico desumptum est. Hoc enim in more positum habuit Philosophus in suo Organo & præcipue in libris Analyticorum, ut Logica præcepta rebus & exemplis Mathematicis illustraret, quoniam Matheſeos præcepta omnia putatur esse accuratissima, de quo videtur Perer. lib. i. de Philosoph. & l. 3. c. 4. Jam quemadmodum in Circulo Mathematico à notato puncto per peripheriam seu circumferentiam fit transitus, quo ad redeas ad idem punctum, ita quoque in Circulo, de quo in Logica agitur, à præmissis progredimur ad conclusionem & vicissim ab eadem conclusione regredimur ad colligendas easdem præmissas Propositiones.

§. 2. Removemus autem à Circulo nostro Artium Εἰνυλοπαιδιῶν seu Circulum, de quo Laurent. Ramirez de Prædo ad Martial. l. 2. epigram. 86. Greci, inquit, vocant eas artes, que valent ad vulgus obiectandum, εἰνυλοπαιδιῶν, ut Aristoteles in prooemio Topicorum, cum ejus artis utilitatem recenset, dicit utilem esse ad εἰνυλοπαιδιῶν, i.e. ad Circulares hominum congressus. Quamvocem Quintilianus fecutus, ejus sonum eo deflexit, ut encyclopediam diceret omnium artium & scientiarum absolutissimum circulum & perfectum earum omnium cognitionem; qui posteros omnes in eundem induxit errorem, ut contra veterum acceptionem, id nomen pro re honorificentissima usurparent, cum tamen Veteres pro Triualibus disciplinis id sumserint.

§. 3. Neque hic intelligimus Reciprocationem argumentorum, quæ veteres Dialectici ΑὐγεῖΦονα dixerunt, cum argumentum (exponente ita Gellio l. 5. Noct. Attic. c. 10. p. m. 186.) propositum referri contra, convertique in eum potest, à quo dictum est: & utrumque pariter valeat: quale est perulgatum illud, quo Protagoram Sophistarum accerrimum usum esse fenum adversus Euthyphronum discipulum suum, quod ibidem copiosè refert. Cui geminum & illud in Scholis decantatum ΑὐγεῖΦον est, quo improbus discipulus haud meliorem Magistrum, Tescius nempe Coracem vexavit. Cum hoc ille adolescentis in utrumque dexter hac lege puctus est, ut tum demum didactron ei persolveret, ubi jam artem perdidicisset. Arte sed rectius fraude cognita à Corace in ipsius vocatur Tisia, quod mercedem reddere cunctarentur. Jurat hic per anserem, se Magistro suo nihil debere. Quis enim, ait ad Preceptorē, artis tue finis est? persuadere dicendo, respondet hic. Age, inquit discipulus, si persuadeo Iudicibus me nihil debere, non reddam, quia vici causam; si ministris persuadeo, eriam non reddam, quia non perdidicī artem. Quid Iudices? succelamant: Κακὸς κόρακος κακὸν οὐδὲ i. e. Malo corvi, malum

Iuniorum. Conf. Acerr. Phil. cent. i. n. 8. p. m. 12. ut & Erasmus in Chiliad. p. 300. Huc pertinet illud quoque, quod de Villano quodam & ejus ignavo filio refertur à Ludov. Carone in Exilio Melanchol. Cum ex Academia redisset aliquando filius magnā pecunia, frustra & sine fructu dilapidata, interrogavit Paren̄s, & quid tandem didicisset? Ibi prompto responso filius: E tribus, inquit, quinque facere. Quid cum Patri placuerit, experimentum ejus rei videre voluit. Respondit filius brevi fore occasionem ejus conficiende. Commodū postea in mensam inferebant ova tria. Ibi glorioſus Scholasticus, hem, inquit Pater ex his tribus, quinque tibi ova faciam. Tum profecto, ait Paren̄s, Magnus mihi Apollo eris, & novā ueste dignus. Ita ergo orditur Filius: Numquid Paren̄s, ubi tria ibi etiam dies? Annuent mox infert: Ergo quinque hic sunt ova, sicutidem tria & duo faciunt quinque. Hic sunt tria & duo. Ergo quinque. Ad tam bellam collectionem subridens Pater, ut igitur uterque caneret, ait, ego haec tria ova comedam, tu duo reliqua caenabis, que suppeditatione tua effecisti. Ita intaratus manxit, qui in Academia aliud nihil didicit, quam Regulam pigri. Addit & illud Blanii responsum, qui cum interrogatus esset à quodam deberetne uxorem ducere, an vitam vivere calibet? Ήτοι, inquit, καλὴν ἔχεις η αἰχμάρ, καὶ εἰκαλήν, ἔξεις κοινὴν, εἰς διαγέναρ, ἔχεις ποιην: έκαστον δὲ την αἰχμήν, & ληψίαν ἀργα. Inter hac autem duo dari tertium ait Gellius l. c. nempe mediam grandam formam, qua a nimis pulchritudinis periculo & a summo deformitatis odio vacat. Qualis a Q. Enniō in Menalippe, per quam eleganti vocabulo Stata dicitur, que neque νοῦν futura sit, neque ποιή. Plura ΑὐγεῖΦον exempla congesit B. Dannhauer. in Philosoph. art. 5. p. m. 101.

§. 4. Distinguo etiam hic majoris intelligentiae causa inter Regressum demonstrationum & Circulum Sophisticum. Regressus seu Circulus demonstrationis juxta Honold. in Considerat. Syllog. disp. 32. p. m. 694. est secundum quem Causam cognoscimus ex Effectu & postea regredientes, ex eadem causa Effectum demonstramus. Seu quando à notiori ad ignotum, ab ὅτι (τίνι) noto ad ignotum δίτη & contra à τῷ διότι regredimur ad τῷ ὅτι, ut ait B. Dannhauer. in Hodomor. Spir. Papai Phantasm. l. n. IV. p. 290. Ut hoc Corpus est ignis, ergo uerit: Et hoc corpus uerit, ergo est ignis.

§. 5. Circulus autem Sophisticus est (qui & Circularis argumentatio, atq; probatio audit) cum idem probatur per idem. Ut si quis ita colligat: Turcica Religio est vera, quia id Alcoranus dicit: Et vicissim, Alcoran⁹ est ver⁹, quia Turcica Religio id affirmat. Aristoteles l. 2. prior. Anal. c. 18. Circulum esse ait, quando ex posterioribus probatur prius, ut cum,

qværitur de Causa, respondetur de effectu. Ex. gr. Cur infantes sunt humidioris temperamenti, tu respondeas, qvia continuo lacrymis stillant. Sed pergit disputans qværere, cur continuo lacrymas stillent? Respondendum est tibi per circulum, qvia sunt humidioris temperamenti. Philosophi docent (ita Beccanus tract. de Circulo Calvin. in Manual. l. 3. p. 959.) committi Circulum, quando hoc per illud & illud per hoc probamus, apud eum qui neutrum concedit & eque de utroque dubitat. v. gr. si negem & matrem & filium esse probum, Circulum committes, probando matrem esse probam, qvia filius dicit, & filium probum, qvia mater dicit. Quare? qvia utrumq; mibi eque ignotum & incertum est. Probatio autem debet procedere a notis ad ignota, vel a concessis ad inconcessa, ut ex Aristotele & aliis Philosophis manifestum est. Hinc colliges circulum fore, si quis Christianus apud Ethnicum, Turcam, Judeum, Hereticum, qui nec Ecclesiam (addo ego: Romano-Papam) nec Scripturam (vanam Traditionum & miraculorum gloriam) admittit esse infallibilem, qvia Ecclesia (Romano-Papalis) dicit, & Ecclesiam (Romano-Papisticam) esse infallibilem, qvia Scriptura (vana Traditionum & miraculorum gloria) dicit (id testatur). Nam utrumq; illi (Lutherano) eque ignotum atq; incertum est. Porro Circulus Sophisticus stimulans venit, non tam ex parte rei, qvam ex parte disputantium scientium vel nescientium tantum, qvos inter quoties aliquid probatur ex principio quidem clarissimo, ad hominem tamen ignotum, toties Petitione principii committitur. Unde si maxime unum sit, Causa vel Effectus alterius, & verò neutrum sit altero notius, Circulus erit Sophisticus.

§ 6. Circulo igitur Sophistico germana foror est Fallacia, qvam vulgo appellant Petitionem principii, estq; dum Conclusio probanda ad probationem suisipsius sumitur. Arist. 1. Elench. Sophist. 5. Monlorius autem, cui & ego adstipulor, lib. 2. de rationat Schol. in c. 18. p. 352. cum Pacio aliisq; elegantioribus Interpretib; vult vitiisam esse locutionem: Petitione principii; Quandoquidem ab Aristot. l. 2. Prior. c. 18. & in Topicis appellatur $\delta\alpha\tau\delta\alpha\tau\delta\alpha\tau\delta\alpha\tau$ θέσης τοῦ αἰτήσαντος θέσης αἰτήσαντος item $\theta\alpha\tau\delta\alpha\tau\lambda\alpha\mu\beta\alpha\tau\delta\alpha\tau$ λαμβάνειν, i. e. petere vel assumere quod est in vel ex principio, nempe questionem propositam in principio disputationis ad demonstrandum sumere tanquam jam probatam & certam, ac postulare ut concedatur. Unde statuit, non male appellari petitionem questionis, aut petere quod est demonstrandum. Monlorii sententia assurgit quoq; B. Henricus Hoefnerus in alma hac olim Logicæ Aristotelæ nec non Theologæ Prof. cele-

celebratissimus, Comment. in Libr. II. Prior. Anal. p. 48. dum ait: Est elliptica hec appellatio, Petere, qvod erat in principio, ita ut subintelligi debeat τὸ προκείμενον, vel πρόθετον, id est, quod in principio fuit propositum & sub disquisitionem vocatum; quemadmodum ipse Philosophus circumloquitur, per Ιωάννην προκείμενον §. 3. c. 15. Philoponus autem λόγιον ἡ διπλοῦ ζητούσι, e. sumptionem quæsit, nominat. Rationes, ob quas nomenclationem hujus impotentia vulgata, qvâ Petitione Principii appellatur, reprehendunt, sunt haec, tum qvod Græca appellationi non respondent, tum qvia petitio principii, i. e. præmissæ, vitiosa non sit, Principia enim & axiomata petuntur & exponuntur tanquam concedenda sine probatione. Conclusio probatur, non petitur & postulatur.

§. 7. Porro Petitionis principii, seu rectius, qvæsti, quinque modos recenter Philosophus 2. Prior. 16. §. Top. 13. 1. Soph. 5. & 2. 12. quos C. Sthalius disp. Phil. de Contrad. adversus Jan. Cacil. Fray. c. 9. ad duas classes contraxit. I. Quando alterutra præmissarum tanquam certitudinib; dubia tamen sit sumitur absque probatione. ut (a) Christus pro solis eleitis mortuus est. E. non pro impiis. Nam antecedens ejusdem est incertitudinis cum conclusione. (b) Mundus nō habet principium, nec finem. E. est æternus. Nam idem est carere principio & fine, ac esse æternum. Kesler. Instit. Log. lib. 2. tract. 4. c. II. (y) In purgatorio remittuntur peccata mortuis. E. pro mortuis orandum & sacrificandum. Hic antecedens æquè incertum est & falsum, ac consequens. II. Quando probatur quidem dubia præmissa, sed insufficienter per eque dubium & ignotum. Ut si quis vellet probare (a) animam hominis interire post mortem & argueret sic: Anima hominis impii post mortem interit. Anima hominis impii est anima hominis. E. Qvædam anima hominis post mortem interit. In majori est petitio principii, hoc enim probandum est. An anima impii post mortem intereat. Probatur, qvia anima impii post mortem non manet. Est iterum petitio principii. qvia idem probatur per idem. Idem enim est, interire & non manere, atque sic dubium probatur per æquè dubium. (b) Sic pertinet principium Romanenses, dum arguunt: Papa donata fuit Italia à Constantino M. teste libro Decretorum, distinct. 16. E. Jure, ea possidet. Etenim ita ex ignoto probatur æquè ignotum, dum testimoniū illud decretoriū admodum fallax sit. Referunt etiā nonnulli ad vitiisam hanc probationem, quando Controversum controversiā, literitate, ut Horatius inquit, enigmate enigma resolvimus; qvod posteriorius vulgo vocant par pari reponere & Ramus in Scholiis Dialecticis appellat

pellat Solutionem à Pastoribus Virgilianis, qvī ea sunt usi Ecl. 3. Sed male. Nam 1. Petatio qvæfiti, non solvendi sed probandi modus est. Longè aliud contraratiocinari est & aliud petere τὸν δεχῆ. Denique in hoc vitio s̄pē occurrit etiam ἀδολεξία, sive nugatio, item ἡλυσία, qvæ est ejusdem vocis inutilis repetitio, ut aliquis nasus est nasus simus 1. 1. Elen. Soph. 13. Alias etiam vocatur, nonnihilq; à cantu cuculi, ut in illo: *Cuculus cocyza*. *Cuculus est cuculus*. *E. cuculus cocyza*.

§. 8. Notandum verò, tunc cognosci facillimè, an Syllogism⁹ laboret Elencho petitionis principii, quando (a) Terminos non habet tres, sed duos tantum: (b) quando qvæstio probatur per medium, falsum, qvod tamen habet speciem veri. Decipimus enim specie rēeti, inquit Poëta & omnis Sophista est ζῶν διογέατο h.e. ut interpretatur Jac. Scheckius in hyperaspiste ad Epistolam Rami pag. 8. animal qvod non facile à quovis posit deprehendendi. Hinc Aristoteles Syllogismum qui veri speciem mentitur, vocat Απαρνήσθαι h.e. deceptorium 1. 1. post. anal. 13. Falsum medium est in his seqventibus: Septem sunt planetæ. E. septem Sacra menta, Durandus. Quatuor sunt humores in corpore, quia constant ex quatuor elementis. E. prohibitio Conjugii Consanguineorum non debet excedere quartum gradum. Innocent. 3. c. 8. d. Consangv. & affini. Thomas 3. Sum. 14. 9. 1. Bellarm. de Sacram. matrim. c. 27. Christus professus est se Medicum, non Jurisconsultum. E. Medicina preferenda est Jurisprudentia. Vel: Canones ac leges sunt fratres & sorores. E. Canones & leges meritum salutis eternæ concernant. Hervetus. Medicina de terra est, sed Justitia de caelo prospexit. E. Cassa 2. p. 19. glor mund. confil. 21. Item, Moses officio Jurisconsulti fungens semper fuit in maxima gratiâ; Contra vero Medici in populo Israelitico ne tolerabatur quidem, Bodin. de Republ. p. 57. Ergo Jurisprudentia est præstantior Medicina. In quibus medium est, à falso simili & à falsa Causa. Ejusdem farinx est & illud: Philoxenus vocatur Urbanus. E. est Urbanus. Ubi medium est falsum è contingentí Etymologia seu notatione juxta illud Sabini:

Diceris Urbanus, sed nominis immemor hujus
Semper inurbanus, dum bibis, esle soles. Vel:
Diceris Urbanus, sed non Urbanus haberis,
Dum ceu Vaccabibis, dum suis instar edis.

§. 8. No-

§. 9. Notandum denique ad cognitionem decisioni necessariam (ut ait David Paræus c. 10. Iren. p. 54.) requiri, ut audiatur parsim defensiones & responsiones eis uisque, donec altera pars adiugatur vel ad principiorum ex quibus disputandum est, negationem sive destructionem, vel adrepugnantiam, qvæ sibi ipsi contradicunt, alibi concedens, qvod alibi negat, vel ad petitionem principii, quā id ipsum in disputationis congressu assumat, qvod proponetur confirmandum, aut alio fundamento nitatur, qvæ aut magis incerto, quam est conclusio de qua queritur. Hi sunt enim omnium disputationum fines & termini, ad quos adigens alterum vincit aut vincere eum certè videbitur. Hunc disputandi modum observarunt nostri Theologi in Colloq. Ratisbon. An. 1601. In quo dūm qværetur Sess. 1. 2. & 3. An Pontifex R. qui Ecclesia caput universalis haberi vult, controversiarum fidei decidendarum Jūdex sū? D. Egidius Hunnius & D. Jacobus Heilbrunnerus negativam propugnabant sententiam, adducentes inter alia ex Exod. c. 32. exemplum Aaronis, ubi describitur ejus enormis error, (ut ut fuerit summus Pontifex,) qvo ad μοχολαζίας defecit, & quidem scienter. Hoc exemplo Tamerius cum suo Gretsero tantopere coarctati sunt, ut claris verbis Scr. S. impudenti contradicere ore haud sint veriti, Mosen Aaroni in munere Sacerdotii anteponentes. Conf. hac de re Cornel. Martini l. 2. de Anal. Mater. c. 3. p. m. 184. & 188 ubi simul adducitur exemplum Caiphæ, qui in pleno Consistorio, ex Cathedra, judicando ut Pontifex, tamen valde erravit, condemnando Salvatorem. Ad qvod Antagonista dicti dum non haberent, qvod respondissent, cōdementia perduicti sunt, ut alter alteri contradixerit, qvemadmodūm. l.c. videre est.

SECTIO II. Καὶ αὐτεναῦσιν.

§. 10. Procedere in hac libet I. Θεῖας, asserendo: dari in argumentationibus Circulum seu Regressum demonstrativum. Probatur id 1. Qvia utiliter redimus à Causa ad Effectum, qui nos ad cognitionem Causa deduxit. Si enim causam ex Effectu cognovimus, cognovimus sanè confusè & qvoad existentiā: postea vero redeundo, Causam magis penetramus & sub ratione formalī consideramus, adeo ut ex majori notitia causa, etiam major & perfectior cognitio effectus generetur. Qvia 2. vis argutendi in terminis est mutua, unde ratio est nulla, cur ab hoc termino, v. c. ab Effectu procedere possimus ad causam & non vice versa. Qvia 3. Idem occurrit in aliis argumentationibus, e.g. proedimus à Subiecto ad Adjunctum,

B

pro-

proprium & contrà: à Definitione ad definitum & contrà: à Toto ad Partes & contrà: Quid igitur in demonstratione obstaret, qvò minus argumentari possemus à Causa ad Effectum & contrà? *Quia* 4. in tali Regressu est alia atq; alia cognitio eaque, vel secundum se, ut alia sit confusa: qvā rat. Causa cognoscitur ex Effectu: alia distincta, veluti cum ex eadem Causa Effectum cognoscimus: vel secundum terminos, qvī quandoq; materialiter iidem sunt, aliter tamen atq; aliter concipiuntur. *Quia* 5. Aristoteles eundem etiam tradidit, lib. i. post. anal. c. 3. §. 5. t. 22. l. 2. post. anal. c. 13. v. 96. r. Phys. t. t. 1. 2. *Quia* 6. manifesta Exempla Regressus dāri possunt. Ut *Est fumus E. est ignis.* *E. est ignis, Eest fumus. it. Eſt discipline capax, E. est homo. Et. Eſt homo. E. est discipline capax.* &c. Plurima exempla habet Aristot. l. 2. prior. Anal. c. 5. seqq.

S. II. Procedo II. *Aprioriōs* removendo ab Argumentationib; presertim Apodicticis, Circulum Sophisticū, ob has sequentes Rationes. *Quia* 1. eadem non possunt esse iisdē priora & posteriora simpliciter. *Δύνατον εἶναι τὸν αὐλόν αἷμα πρόπερα καὶ ὕπερ. εἴναι.* Impossibile est, ut eadem iisdem simul sint priora & posteriora, ait Arist. l. post. 3. §. 5. t. 22. Ja verò ēn πρότερων δεῖ τὸν απόδειξιν είναι. Ex prioribus oportet demonstrationem constare. *Quia* 2. Demonstratio debet esse ēn γνωματίσιων, ex notioribus. Aristot. l. c. Jam verò si Circulus poneretur, idem eodem modo cognitum esset simul notius & ignotius. Absurd. *Quia* 3. Circularis demonstratio petit Principium sive Quæsum, id qvad Aristoteles his verbis proponit: *Συμβάνει δέ τοις λέγοντις χωκλῶ τὴν απόδειξιν εἴναι, οὐ μόνον τὸν εἰρημένον, ἀλλὰ καὶ τὸν, οὐδὲ τὸν τοῦτον εἴναι τὸ τέτταρα: στοιχεῖα πάλια ράδιον δεῖξαν.* Accidit autem iū: qui afferunt: Circulo demonstrationem esse, non solum, qvad nunc dictum est; sed etiam, ut nihil aliud dicant, qvām hoc esse, si hoc sit: sic autem facile est omnia demonstrare. *Quia* 4. idem respectu ejusdem esset Causa & Effectus. Supponatur enim, mediū terminū esse Causam majoris termini & postmodū regressu Circulari, illum ipsum medium terminum, fieri maiorem terminum, hos ambos terminos eodum modo cognitos esse, certè idem respectu erit Causa & Effectum, qvad tamen est absurdum. e. c. si qvāratur: *An Ecclesia sit catholica?* &

pro-

probetur, qvad sit universalis, ibi certe Ἰοῦ universale supponitur tanquam Causa illius, qd sit Catholica: vice versa, si per Circulum redeundum & concludendum, qvad Ecclesia sit universalis probabitur hoc medio, quia est Catholica, ubi Ἰοῦ Catholica tanquam causa supponitur Universalitatis, qvad nihil est aliud, qvām ~~κοννέσει~~.

S. 12. Hujusmodi verò Circulum committere statuimus (I.) Romanenses, idq; fpius, e. gr. (a) In probanda Scriptura & Ecclesie autoritate. Illam enim per hanc, & hanc per illam stabililiunt, siqvidem interrogati, cur Ecclesia sit infallibilis? Respondent, quia Scriptura hoc afferit. Si qvāras ulterius, Cur Scriptura sit infallibilis? tūm recurrunt ad prius & dicunt, quia Ecclesia sic statuit. Ita ergò Ecclesiam per Scripturam & Scripturam per Ecclesiam, adeoq; idem per idem circulariter demonstrant. Vid. B. Meisn. P. II. Phil. Sobr. Sect. II. c. III. q. 1. p.m. 670. (b) In probanda Papa Rom. infallibilitate, dū eum Principiū omnis fidei divinæ vel edendæ vel certè solum manifestandæ statuunt Hoc principium (sunt B. Dannhaveri verba) si esset, nemo deberet eidem assensum denegare, sed qvia ipsum persone noua est clarum, atq; evidens, neq; penetratis terminis illico ad assentiendum cogit, qvad reliqua faciunt Principia, ex eonimirum infertur, Papam principium fidei minimè esse. Probant verò id ex Matth. XVI. 18. quia qvad Scr. S. afferit collatum esse Petro, id & Papa est collatum. Atqui infallibile judicium de Controversiis Eccl. E. Hic dum & Major & Minor dubia sint & incerta, probatum eunr easdem l. all. Matth. Dum verò eos urgemuſ, ut ostendant, hunc, qvem illi adferunt, esse sensum loci genuinum, configuiunt ad asylium Papæ, qvia is eum sic explicat. Vid. omnino de hoc argumento jam laudatus B. Dañh. Ideā Boni Disput. sect. 2. art. XI. p.m. 164. ut & Hodomor. Spir. Pap. Phant. I. p. 291. Argumentū Bellarmini Circularē hoc est: Papa debet presidere, quia est summus Pontifex & Pastor caput q; omnium; &, Papa est Pontifex, Pastor, caput q; omnium, quia presidet Conciliis. Vid. B. Gerhard. Confes. Cathol. t2. art. 4. c. 4. p. 769. Απαίδευτον autem est (ut inquit Magn. Dn. D. Schertzerus Patronus & Fautor meus ~~απαίδευτον~~ venerandus in Disput. de Purgator. Exust. §. 10.) disputerare

rare ex principio, quod Adversarius non agnoscit. Utimur enim parodia Cotturii in Epit. Controv. demonstr. 3. c. 2. Omnis Iudex debet videri & audiri posse. At spiritus Pape nec audiri nec videri potest. Nam quis videre vel audire certe potest spiritum, quem in se loqui dicit Papas? Et licet ille homo, qui se dicis talem spiritum habere, iudicium palam ferat, quâ ratione tamen is probabit se talem spiritum habere? Et rursus demonstr. 3. c. 2. Pontificis de nullo oraculo Papali infallibili certi esse possunt, ideo nullum habent sue Religionis fundamentum; quod prolixie ibidem probat.

S. 13. (7) In probanda Fidei & Religionis sue veritate & securitate. Ex nostra sententia, (inquit Becanus tom. 5. opusc. c. 5. q. 1. p. 633.) sequitur omnes securos ac tuos esse, qui Iudicio ac sententie totius Ecclesie acquiescent. Hinc Stanisl. Hosius adversus Prolegom. Brentii l. 5. Nihil est, ait, quod majore cum periculo sit coniunctum, quam si quis de Scripturis cum Satana certamen inire velit, pricipio quo tempore gravis agon instat, cum anima venit à corpore separanda. Tum vero fuerit turpissimum, exemplum sequi Carbonarii cuiusdam: ex quo cum animi causa vir quidam doctus quæsivisset, quid crederet? symbolum recitat: cum interrogaret ille, quid præterea crederet? respondit, quod Ecclesia credit Catholica. Ille vero, quid credit Ecclesia Catholica? Quid ego, inquit, credo. Cumq[ue] subinde ille quereret. Circulo hoc usus Carbonarius, nihil aliud respondit, quam se credere, quod credit Ecclesia, & Ecclesiam credere, quod ipse crederet, nec aliud ab ipso quicquam elicere potuit. Fertur autem evenisse postea, ut vir ille doctus & sacrarum literarum peritus, in gravem morbum incideret, degit vitâ sua periclitaretur: orsus est cum eo quoq[ue] tum Satanas dispergare, quidq[ue] crederet ex eo querere. Cumq[ue] nimis urgeret Satanas, neq[ue] se miser ille satis explicare posset, venit ei in mentem Carbonarius, neq[ue] alia ejus fuit vox auditâ, preter banc, ut Carbonarius. Qui vero assidebant, cum propter morbi zim errore mentis affici parabant, postea quam vero fuit ex morbo confirmatus, interrogaverunt eum, quid sibi voluerit, cum toties exclamaret, ut Carbonarius? Ille rem omnem explicat ordine, quemadmodum in illa sua cum Diabolo disputatione, sicut olim audiverat ex Carbonario quodam, non alio sibi confugendum esse duxerit, quam ad Fidem Ecclesie Catholice, tanquam ad asylum omnium tuissimum, quodq[ue] plus in eo iam presidiu invenerit, quam in omni Scripturarum

excer-

exercitatione. Quis tota vitâ suâ meditatus erat diligenter: Acceptans ferre divina misericordie, quod in simplicem illum Carbonarium inciditerit, cuius nisi sibi succurrisset exemplum, ingens fuerit periculum & discrimen aditurus. Haec tenet Hosius. Conf. Claudium Espensatum in 2. Tim. 3. ubi testes hujus historiæ citat Erasmum l. de preparat. ad mortem, & Piggium l. i. Hierarch. Eccles. c. 5. Verumen inverò talis Fides Carbonaria (verba sunt B. Dannhauer. Hodomor. Spir. Pap. Phant. I. p. 267.) que non resolvitur ex proprium & particolare cuiusq[ue] iudicium, sed alicorū autoritate semper nititur, ignorantie, socioria, negligencie & accedie omnis mater ac nutrix est. Testatur id experientia, dum passim in ditionibus Papalibus nil nisi crassâ ignorantiâ teneri plebem videas, paucissimos reperias, qui Fidei ac spei suæ rationem reddere noverint, & cum in rebus omnibus ingenii & judicii acuminis nemini facile cedant, solâ Religione talpis sint caciiores & torpedini similimi. Quid? quod eō andaciz Romanæ sedis satellites Esuitæ sint progressi, ut doceant, quicquid Pontifex Romanus & quae ipsi subest Ecclesia, præscriperit hoc cœcâ obedientiâ ampliitudinem aq[ue] exequendum esse, sive pium illud sit & probura; sive impium & improbum. Dilerta enim eorum verba sunt in Colloquio Ratibon. Sess. IX. pag. 201. Edit. Lubec. quod Populus Magistrati Ecclesiastico, etiam ERRANTI, teneatur obsequi. Vid. D. Brochmann. Confut. Apol. Duci Christiani. Wilhelmi, p. 26. Absurdum est, (inquit Bellarminus lib. de Cleric. c. 25. §. Tertio.) ut ovis quicunque modo Pastorem suum judicare presumat. Et l. 7. Populus debet quidem discernere verum Prophetam à falso; sed non alia regula, quam diligenter attendendo, an is qui predicat, dicat contraria illis, que dicebantur à Prædecessoribus, vel iis, que dicuntur ab aliis ordinariis Pastoriibus, presertim ab Apostolica Sede & Ecclesia principali. Porro: Cum Pastor ordinarius & aliquis alius, qui predicat non vocatus, contraria docent, debet omnino Populus Pastorem suum potius sequi, quam illum alterum, qui non est Pastor, etiam si forte contigerit, ut PASTOR ERRARET. Vid. B. Gerhard. Confes. Cathol. tom. 3. art. VI. p. 234. & Ludov. Montaltius in Epist. Prov. Wendroccicus & Rachelius in Observ. ad cit. Epist. in qua exponitur sententia Probabilistarum, quâ Jesuitæ

B 3

Casu-

Casuistæ putant posse hominem sine peccato sequi opinionem falsam
legi, divine contrariam, modo vel autoritatem vel ratione nataur. Se-
quuntur Papista hac in parte rectitios Judeo, quibus Thalmudis
opus, referente Gersone lib. 1. refut. Thalmud. c. 16. in tan-
ta autoritate est, ut ex eo, & secundum Rabbitorum inibi
præscriptum Sacras literas exponant. Nec licitum est Judæo
alicui plebejo, decisionibus istis contradicere, metu, quem Rab-
bini ibidem incusserunt, his verbis: Si quispiā Magister uester eriam
contra legem scriptam aliquid iussicerit, imo & manum dextram esse si-
nistram, sinistram esse dextram, dixerit, & nisi à vobis profide digna
recipiat, hic aeternas pœnas luet in gehenna, Massech & Eruhim.
c. 2. mexoras hammor p. 22. Pari modo Svaretzius in tom. 4. in
Thom. Dilp. 56. ult. monet. Papam etiam in casu intolerabilis er-
roris, ut in causa nimise indulgentie, non esse publico reprehendendum.
Congruit hoc cum decreto Can. Si Papa &c. dist. 19. à Pontifi-
ce Gregorio X. confirmato. Sed non congruit cum facto Petri
(cujus Vejoves Tarpeji; audire volunt Successores,) qui à Paulo
zqvo animo se patiebatur reprehendi, Gal. 2. 14.

§. 14. Dico II. Committere Circulum Calvinistas, quan-
do (a) queritur, an verba Cœnæ sint intelligenda καὶ τὸ πνέον,
illi vero negant, hoc argumento, quia repugnat proprietatibus Cor-
poris; Rursus quando queritur: An possit Christus, non tan-
tum verus homo sed etiam omnipotens Deus, corpus suum
præsens sistere, & cum pane manducandum in Cœna exhibe-
re? Negant id ipsi, quia id præstare nolit. En-tibi adoleξias & Circu-
lum, i. e. Christus non vult corpus in Cœna præsens exhibe-
re cum pane quia non potest, & ideo non potest, quia non
vult, h. e. non potest, quia non potest. (b) Pari modo Cir-
culatores fiunt, dum queritur: An fractio panis analogica
sit necessaria in Sacra Synaxi? Respondent illi affirmativè, quia
(non quidē externa circūstantia, sed) pars est principalis Sacra Cœ-
næ. Dūm vero rursus querimus: An fractio panis sit pars
integralis Cœnæ? Affirmant, rationem addendo, quia est ne-
cessaria. En! Amphora caput Crispini currente rota, cur uuccus exit? Conf. D. Finckius Disput. Anti-Goclen. de Analog. p. m.
79. Hujusmodi petitionem principii committit & Piscator
Herbornensis in illo: Quoscunque Deus vult salvos fieri, pro iis

Chri-

Christus mortuus est. Non autem pro singulis mortuus est sed tam-
rum pro aliis. Nec igitur singulos salvos fieri vult Deus sed tam-
rum aliquos. Jam ignotum hoc probat per æquæ ignotum;
Pro quibus. Christus mortuus est, eos vult salvos fieri. Atqui non sin-
gulos, sed tantum aliquos salvos fieri vult Deus. Non igitur pro sing-
ulis, si tantum pro aliis mortuus est Christus. Quid non vi-
det hic petere Principium & Circulum committere Piscatorem,
adeò, ut ipse hoc tandem agnoverit, ac proinde vi veri ada-
ctus, aliter argumentari coepit. Vid. Disput. Theologic. op-
posit. Schuffman. Th. 3. 4. & 5. p. 20. (d) Nec melioris est
monetæ & illud, quo hodieque nonnulli Cinglianotum dele-
ctantur: Apud antiquos sedere à dextris erat minus honorificum, quam
sedere à sinistris, ut probat Anton. Nebris. f. Unde etiam in sigillis
plumbis Pontificum & in multis antiquis picturis, Petrus ponitur à si-
nistris &c. Si igitur Christus ut minor & inferior à dextris sedet, non er-
go ea se fuisse debet referri ad maiestatem divinam. Meminit hujus simili-
tudinis etiam Bellarm. I. 3. de Incarnat. c. 15. sed solide hanc à fal-
so medio petitam probationem confutatam videtis apud Justū Li-
psium l. 2. Elector. c. 1. Seqvitur

SECTIO III. ADOKEVATUR.

§. 15. Contra Regressum Demonstrativum Cassidus in Exer-
citat. Dialect. p. 99. ita insurgit: Admittis Regressam in demon-
strationibus: ut scil. postquam probaris effectum per causam, possis pro-
bare causam per effectum. At nonne istud nugari est? Si jam ante
noveris absoluo uno syllogismo, hunc esse cause illius effectum; pari ra-
tione noveris huius effectus illam esse causam. Quid autem ad hoc
respondendū sit docet Noldius in Log. Recognit. p. m. 331. Hic
cū se aliquid putat (Cassidus) dicere, quod nihil dicat, ac ne tū quidē,
cum asserit imperfectum esse, cui perfectius substitui potest.
Quasi vero perfectum non habeat gradus, & non possit ille
transitus ad exercitium simus esse, & utilis & jucundus. Nec
obstat, quod in Regressu procedamus ab uno & eodem puncto
ad idem punctum, v. c. à cognitione Causæ ad cognitionem
Effectus, & vice versa. Nam est quidem redditus ab uno pun-
cto ad idem, quoad rem, non tamen est, quoad conditionem:
Siqui-

Siquidem in progressu unum sumatur, ut notius, alterum, ut ignotius; in reditu vero fit id modo contrario. Dicis, idem ergo esse notius & ignotius. Resp. non id esse absurdum, si diversus notior modus observetur, cum id quod est notius natura possit esse ignotius nobis, & vice versa.

§. 16. Becanus tom. i. Opusc. 10. th. 19. p. 393 ait non committi circulum, si unum per alterum probetur apud eundem, qui alterum negat. Verbi gratia, (inquit,) Calvinista admittit scripturam; negat Ecclesie infallibilitatem. Rette ergo convincam illum hoc modo: Scriptura, quam tu admittis, dicit Ecclesiam esse infallibilem: Ergo revera infallibilis est. Similiter si quis idiota admittit judicium Ecclesia, & tamen nesciat in particuliari libros Macchabaeorum esse divinos, facile persuadebo illi sine circulo, si sic dicam: Ecclesia, cuius tu autoritatem agnoscis, aseverat, libros Macchabaeorum esse divinos. Ergo non debes de hac re amplius dubitare. Haec tenus Becanus. Resp. subdole ab eo mutari statum controversiae. Dicimus enim circulum committi apud eum, non qui alterutrum admittit, vel negat, sed qui utrumque repudiat, qualis est omnis irregentius, cui demonstranda autoritas est, non unius libri, ex Sacro Codice, sed totius Sacrae Scripturae. Per quod nam medium? Per nullum aliud, quam per testimonium Ecclesiarum, dicunt Papaxi, hoc modo: Quicquid Ecclesia statuit hoc verum est. Ecclesia statuit Scripturam esse divinam. Ergo. At mox excipiet infidelis: Ignoratum probari per quod ignoramus. Is enim Ecclesia protali principio non agnoscit. Jam si velint Papistae Ecclesiarum autoritatem probare, aliter id non possunt, nisi ad Scripturam rursus remeando, id quod est circulariter argumentari. Vedit hoc Becanus, ideoque fatetur, th. 23. si quis utrumque negat, alio configendum esse, & hoc est quod volamus. Vid. B. Meisneri. Philosoph. Sobr. part. II. Sect. 2. p. m. 670.

§. 17. Gretserus autem in tract. de agnosc. Canon. Script. c. 4. dicit non omnem circulum esse vitiosum & improbadum. Nam apud Aristotelem & alios Philosophos admittitur Circulus seu Regressus demonstrativus. Vid. post. Anal. t. 27. & 2. Post. t. 96. Phisic. t. 1. & 2. Imo etiam Exempla ejusdem proposuit Philosoph. 1. post. t. 15. 19. 8. Phisic. 50. Respondeo juxta distin-

distinctionem allata in sectione παραγωγην. §. 4. Confer & sectionem καταστασιν. §. 10 Nec obstat, quod duo possint ita inter se esse connexa, ut unus dicit in cognitionem alterius: quodque utiliter redeamus à Causa ad Effectum & contraria. Nam vera sunt hæc omnia si intelligantur de Circulo imperfecto, qui cum Regressu demonstrativo coincidit, non de Circulo perfecto, qualis est Sophisticus. Conf. Aristot. 2. post. t. 92.

§. 18 Contra Fallaciam λόγιος τῆς θεωρίας objici solet, quod (α) non sit fallacia, siquidem Principia non fallant. Resp. Petitionem Principii sic dici ex hypothesi; illa nimurum, quæ supponitur, questionem esse probandam, & tamen ad ejus confirmationem adducitur tale medium, quod & quod dubium est ac ipsa questione in initio fuerat, ut non immerito principium peti dicatur. Obj. (β) Quod possit probari species per genus & genus per species, quæ tamen re idem sunt. Resp. Unum quidem sunt, sed unum sumunt ut altero notius. Deinde idem sunt non tamen secundum conceptum adqvatum. Inde Genus & Species reciprocari non possunt. Obj. (γ.) Quod cum idem probatur per idem, non probetur incertum per incertum, sed certum per certum, cum se ipso nil certius esse possit. Ut homo est animal, quia est animal. Resp. Utique id quod probandum est, presupponitur esse incertum, unde si per se ipsum probatur, sive idem per idem, sane incertum per & quod incertum probatur. Obj. (δ) Quod legitima fuerit collectio Pilati: Quod scriptum est scriptum est. Atqui J. N. R. I. scriptum est. Ergo J. N. R. I. scriptum est; Et tamen hic probatur idem per idem. Resp. Verba quidem sunt eadē, sed sensu est diversus, quia sed scriptum est, in prædicato significat, non apicum & literarum figuram, sed idem quod acratum, firmum & constans habebitur. Obj. (ε) Quod in omni Syllogismo alterum ad alterum sequatur, ut omnibus illa sequela sit nota. Resp. Loquimur de tali sequela, quæ etiam nota est ante factam collectionem, adeo ut non probet ignotum per notum; sed ignotum per & quod ignotum, v. c. Erit equinoctium, quia nox diei equabitur. Linea est rotunda, quia est circularis. Homo habet vim eligendi, quia habet liberum arbitrium. Reliquas objections reservamus publicæ

eūn̄ḡn̄et̄. Nunc manum de tabula! Deum precantur suppli-
ces, ut à labyrinthis errorum Papisticorum, qvos Circulatores
~~M~~uitz, & Calvinisticorum qvos Calvini sectatores incantis stru-
ere solent, nos immunes faciat ob Nomini sui gloriam.

ΕΠΙΜΕΤΡΑ.

I. *Philologicum.* Θ Theta litera nigra Poëtis & Veteribus mor-
talis sive mortifera dicta est. Hinc Theta præfigere, i. e. dam-
nare. Capitali enim sententia præfigi theta solitum, quasi mor-
tis signum, ἀπὸ τῆς Γαράθης. Unde Martialis canit:

Nostri mortiferum quæstoris Castrice signum.
Est opera pretium dicere Theta novum.
Et Persius:

Et potis est nigrum vitio præfigere Theta.
Lepidè autem quidam Epigrammatographus in contrarium canit:
In felix multis Theta est, mihi (pro Chriſtopati,) litera felice.

Si davaros scribit, scribit & illa deo.

Hinc etiam constat literam Θ, qvæ ab Hebr. ϑ Theth de-
scendit, male a qvibusdam Joristis per Theta pronunciari. Conf.
Alsted. Encyclop. I. XXI. p. m. 298. it. Reinesius Varian. Lect. I. I. p. 20.

II. *Mathematicum.* Círculus nō est omniū figurarū simplicissima.

III. *Ethicum.* Licet in Carmine, qvod Virgilio tribuitur & Vir-
bonne inscribitur, Vir bonus comparetur Figure rotunde: Reciūs
tamen Vir bonus vocatur Τιλεδυμος ab Aristotele I. I. Eth. Nicom.
c. 10. Est enim beatitudo μοναχος Τιχαλ μοναχος εὐπελαζοτος.

IV. *Politicum.* Defendenda est Religio non occidendo, sed mo-
riendo, non szvitia, sed patientia, non scelere, sed fide. La-
ctant. I. 5. c. 20, p. m. 312. Nemini enim bono unquam placu-
it in Hereticum szvire usque ad sanguinem. Augustin. I. 3. contr.
Crescon. c. 50. Conf. Excell. Dn. D. Pomarii Schwässens. Zwingli
contra Boranowsky. Male ergo Lojolz cohors in Comitiss
An. 1580. Augustz Vind. celebratis Imperatorem hoc disticho
admonitum esse volebant:

Utere

Utere jure tuo Cesar, scđlamq; Lutheri.
Ense, rotâ, ponto, funib; igne neca.

Qvos sanguisugos qvoq; imitati sunt quidā Calvini discipuli, dū
Heidelbergæ defuncto piissimo Electore Ludovico, & religio-
nis purioris exercitio jam fatiscente, Duci Casimiro Archipela-
tinatus Administratori idem consilium Rhadamantéum sug-
gerentes, simili eum disticho (qvod Arci Electorali & templo affigi
curarunt) ut in Lutheranorum sanguinem, qvâ posset
ratione szvire, referente B. Hutterolten: p. m. 39. ad hortarentur:

O Casimire potens, servos expelle Lutheri.

Ense, rotâ ponto, funib; igne neca.

V. *Physicum.* (a) Terra est rotunda. Loqvor autem hic de-
terra, non prout Elementum est, sed quatenus est medium centrum
mundi, habitaculumque hominum. Deinde, non solam terram,
sed conjunctam cum aqua, planè rotundum corpus efficere statuo.
Sic Ptolomæus I. 3. c. 1. ait: Terram cum aquis ōφαιρειν esse
unum, globum sphericū confinare, qvoad partes universas. Affer-
tionis meæ fundamenta hac sunt, I. Omne productivum,
rotundorum est rotundum. Terra est hujusmodi. Omnia
enim terræ nascentia ad rotunditatem tendunt. Perfectè au-
tem, rotunda non sunt, qvia non à sola terra, sed aliis etiam
Caſis fiunt. E. II. Omne corpus unâ superficie contentum
est rotundum. Terra est tale corpus. E. Minor ex Astro-
mia constat. Existentibus enim in superficie terræ, stellæ
apparent ejusdem quantitatis sive fint in medio cœli, sive infra
ortum, sive infra occasum, & hoc ideo, qvia æqualiter terra
diffat ab eis. III. Ex eclipsi Lunæ, qvæ sit ab umbra terra.
Qualis enim est, umbra tale etiam est corpus. At umbra
terra, qvæ impedit & auferit Lunæ lumen in defectione, est
rotunda. Ergo conseqvitur ipsum terræ corpus rotundum
esse. Plures rationes vid. ay. Haveram. in epit. I. 3. de Cœlo
p. 291. it. ap. Job. de Sacro Bustoin I. de sp̄laz. Hinc confutantur
eronez opiniones veterum, Leucipp, qui terram τριγωνοidē
profundo alveo excavatam, Heracliti, qui οκtaoedrū, alto am-
bitu undiq; septam, Empedoclis & Anaxamenis, qui planam esse
terram opinati sunt, dñiique Subtilatum Magistri, qui Exercit.
37. hunc in modum disputat: Quotuq;visq; tam vecors animi in
ventus

uentus est, ut terram esse rotundum sit ausus proficeri? Non valles sunt? Non montes? Nam & coccum, si ad montem adduxeris, facile is intelliget, clivum esse campo dissimilem. Quæ omnia facilimè propagantur, si terra magnitudinem animadvertis. Habent enim se montes magni & valles profundæ ad terram totam, quemadmodum rimæ parvæ in globo magno. Nam istæ partes inæquales collatæ ad terram totam afferunt minimum momentum. Velour. in Physio. l. 2. c. 10. Sicut nec musca rotundo corpori infidens, nec clavus rotæ infixus, rotunditatem vitiat, quæ est comparatio Magiri lib. 3. phys. c. 5. p. m. 186. Huc pertinente verba Plinii l. 2. c. 6. Nec absoluta terra est forma, in tantæ montium excelsitate, tanta corporum planicie, sed amplexus ejus, si capita linearum ambitu comprehendantur, figuram orbis absolute effici.

(B) Lacrymæ dolorem minuant, Contra Retentæ dolorum augment. Hinc Ovid. l. 4. Trist.

- - est quædam flere voluptas,
Expletur lacrymis egeriturq;e dolor.
Et. l. 5. Trist.

Strangulat inclusus dolor atq;e exæstuat
intus,

Cogitur & vires multiplicare suas.

VI. Historicum. Circulatores Aegyptii, (quos Latini Zigaros atq; Zigenos, Germani Zigeiner/Itali Zinganos, Hispani Gytanos, Belgæ Gentiles aut Ægyptios appellant,) sunt colluvies & sentina variarum gentium furacissimumq;e hominum genus. Primum in Germania visi sunt circa annum 147. literas Sigismundi Rom. Imp. exhibentes, ut transitus illis per urbes & Provincias liber permitteretur. Fingebar se ex Ægypto patria sua venire, domoq;e extores cogi à superis ad Majorum delcta, qui D. Virginem Mariam cum puero Jesu hospitio excipere recusassent, añorū septem exilio expiare. Cof. Ex-cell. Dn. Jac. Thomasi Patroni mei honoratissimi
Disput. de Cingaris, An. 1671. habitam.

FINIS

accretionis
hypothetica
litterarum sup
volumen

A]
Opposita

In Illu

M.VA

Cord

Fautore a

GEOI

Ad d

10000

oratio
metrum
script

Ende

EMICA

SMO,
Matthæus Knüzen.

Iniverfitate

ismi Vindice,

3

REISSING,
REN.ELECT.

ulari Contubernaliq;

20,

mini sifit

US Kis-Schenckino
o.

M DC LXXVII.
COLLEGII.

██████████

Æ,
VILCKIL

B. Michælis.

et si dilata redet.

ende